

www.e-rara.ch

**Iani Damiani Senensis ad Leonem X. Pont. Max. de expeditione in Turcas Elegeia, cū
argutissimis doctissimorum virorum epigrammatibus**

**Damiani, Giano
Chalcondylas, Basilius
Constantinus Achazas
Decius Syllanus
Factius Polydorus
Foderè, Pietro
Giovio, Paolo
Delius, Hieronymus
Parrasio, Aulo Giano
Ptolomaeus, Phoebus
Soranus, Paulus
Vitalis, Janus**

Basileae, Mens Avgvsto. M. D. XV

Zentralbibliothek Zürich

Shelf Mark: III M 75,4

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-64190>

Epistola Pisonis ad Ioannem Coritium, de conflictu Polonorum et Litanorum cum Moscovitis.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

EPISTO

LA PISONIS AD IOANNEM CORI/
TIVM, DE CONFLICTV PO/
LONORVM ET LITVA
NORVM CVM
MOSCOVI/
TIS.

PISO CORITIO S.

SCio ego ambiguum tibi esse, Coriti mi charissi-
me, in humanis ne sim, an uero minus, qui totū
iam ferme annum, quo Roma absum, tam per/
tinaciter tecum sileam. Par item de te quoq; cogitatio
me suspendit, qui nihil omnino scripseris. Nisi forte
tuæ mihi reddi nō potuerint, incertissimis hucusq; ua-
gato sedib⁹. Quæ etiam causa fecit, ut cessator & ipse
fierem. cum alioqui ad scribendum nemo me sit mi-
nus piger. Nosti quam non sponte obierim hanc pro-
uinciam, ut ad Serenissimū Poloniæ Regem, ac dein-
ceps ad Moscouiæ Ducem, quo pacē inter ipsos Pon-
tificis & legati nomine firmarem, proficiscerer. Sed nō
erat integrum reluctari diutius mihi. Veni tādē Iu-
lio mense Vilnam, quæ caput est Lituaniæ, ubi a Prin-
cipe, præterq; quod pro sedis Apostolicæ reuerentia
amplissime acceptus fui, habit⁹ sum pro singulari sua
in me ueterem alioqui clientem beniuolentia. admo-
dum gratiose, nam humaniter dicere Regiæ celsitudi-
nis dignitas uetat. Data deinde dieb⁹ duobus sequē-

B iij tibus

tibus bis audientia, post tertium aduentus mei diem, Rex hinc in castra mouit, quo ante dies aliquot, nisi me operiri dignum duxisset, omnino ire statuerat. Iam enim utrinque ad bellum, & quidem atrocissimum, inclinata erant omnia. Pacis nomine ob interpositas pontificis partes auditum non ingrate. Cæterum inter tubas, inter tympana, inter alios armorum strepitus facile oppressum. Iam enim & hostis arce Smolensko supra Boristenen sita per prodicionem potitus, factus erat insolentior. Et Rex exercitum ualidissimum ex equitatu peditatuque stipendio conduxerat pugnae audum imprimis. Erant in istis Cataphracti duo milia, quibus nihil esse possit, neque ornatum, neque armatum magis, peditum plus paulo duo item milia, in quibus belli postea moles stetit. Fuere deinde alia sexdecim equitum milia fortissimorum uirorum. Id enim credas uolo, neque uidisse me unquam maiorem equitatum, quam constituere hic Princeps possit, neque crediturum fuisse si non uidissem, ut certe, si uelit, ualeat centum millium equitatum armare. Iam uero, maior fide quadrigarum numerus est, comeatum ferentium. Neque enim ipse credere cuicumque ita narranti, nisi meos ipse oculos testes habuissem. Quis enim crederet uiginti quadrigarum millia conducere posse? Tantum iam abest ut scribere hæc auderem. Scribit hæc tibi Piso, Piso iam non poetarum, sed annalium scriptoris æmulus. Nisi forte ne oculato quidem testi adhuc credis. Fit id non uoluptatis, sed necessitatis causa. Homini iumento uictus ferendus est, propter loca sola solitudine nobilia, quæ tam diu durent

duret q̄ sit manere necesse diu. Centū milliārib⁹ Litu
 anicis, quæ Germanica centū uiginti faciunt. (Tantū
 em̄ uia est a Vilna ad Smolensko) præter lustra eadē
 q̄ palustria, nihil ferme uidetur, sterilia & inhospita
 oīa. Estima nunc tecū, quāto sit cōmeatu opus. Adde
 q̄ ubi etiā in locum uenerimus destinātū, nō minore
 sis frumētī aliarūq̄ rerū necessariarū laboraturus in/
 opia, cū ob soli sterilitatē, tum quod hostiliter uastata
 sint oīa. Eum itaq̄ exercitū ubi Rex ipse recensuisset
 p̄fici in hostes iubet, interea præfectus arcis & dñi
 Poloczka, alia quadā uia, terras Mosci inuadit, ibiq̄
 populatus oīa, ingenti onustus præda reuertit̄. Dum
 itaq̄ exercitus discessui se parat, uident̄ in loco quodā
 exploratores hostiū. Nostri cognito illorū numero,
 erant enim uiri bellatores mille trecenti, lectis ad hoc
 sexingentis equitibus, illos obruere, armaq̄ capientes
 maiore ex parte trucidauere, Duce eorū, cum non nul
 lis nobilibus capto. Idem fecere postridie in alijs mil/
 le ducentis pari euentu. Moscus re cognita exercitum
 omnē, qui octoginta milibus constabat, loco quodā
 ad hæc electo, ultra Boristenē collocat, ratus nostros
 pugnae auuiditate, amnem non formidaturos. Verum
 id nō sine periculo. Cum uadum ipsi tam bombardis
 quam milite muniuissent, eumq̄ unicum, nam alibi
 Boristenes utpote & altus, & uorticofus neutriq̄ est
 uadabilis. Nostri, relictis aliquot millibus, qui se citra
 amnem hosti circum equitantes ostenderent, reli
 qui interim percontato alibi flumine ponticulum ex
 ratibus

ratibus lintribusq; nectunt, quo peditatum cum machinis trāsmittant. Equites acie, ut erant, instructa oēs se uno impetu, sed ex ordine coniiciunt in amnem, feliciterq; tranant, credo dñs freti, haud plus uno desiderio. Non erat hoc incognitum hostibus, & poterant uel amnem ingredi uolētes cohibere, uel iam partim egressos opprimere. Verum cū & ipsi multitudini nimīū fiderent, & nostros prae paucitate contemnerent, loco se tātis per, utpote oportuno, mouere distulerūt, dum nostri iam nō modo amnem transirent, uerum etiam & pugnae locum caperent, & ordines uel reficerent uel mutarent. Tantumq; fuit temporis mediū, ut tribus ferme horis manuū confertione utrinq; abstinerent. Vbi ad manus deinde uentum fuit, hostes arte usi, circūuenire nostros a tergo per uallem, ubi non apparebant, nam & collis dumetis confitus impediebat aspectum, magno impetu nitebantur. Nostri re explorata derepente, ut in subitis fit casibus, mutant consilium. Et ea ex parte iniussu pugnam cōmittunt. Nam alio belli dux acies inclinarat, ubi & ipse tunc ferebatur. Quod cum ex nostris nōnulli bello alias probe exerciti conspicerent, neq; aut consultandi, aut ducē conueniendi tempus locusue daretur in hostem clamant, fortiterq; pugnando reprimunt. Hac a leuocornu acta, mox a dextro & omni ex parte confertae manus, tubarum clangor, ut ex ijs qui interfuere accipi, supra usitatū modum. Fuere em̄ tubicines in hostili exercitu plus multo quingentis. Atq; ita fortissime dimicatum

dimicatum utrinqꝫ, inclinante iam ad uesperam sole, timor hostes, mox desperatio occupat. Iam neqꝫ nostrorū impetum ferre diutius, qui proximi erant, neqꝫ fugæ uiam a tergo reperire ualebant, prementibus ultimis, qui & ipsi ordines facile explicare nequibant. In ea trepidatione clades facta ingens, fugientes deinde tumultuatim omnes, nostri in longam noctem secuti quoscunqꝫ cedere, nisi qui uel nemorū densitate late re uel noctis beneficio elabi poterāt. Ibi direpta castra in prædam uersa omnia, cecidere ex hostibus millia circiter quadraginta, capta quatuor millia, & in ijs præfecti exercitus omnes qui octo fuerant, inter quos primi a duce Moscorum dux Michael Golijcza, cum trecentis nobilibus, inter quos sunt Barones multi. Hos secum Rex nudius tertius quasi in triumpho Vilnam uexit, conspicuos omīno uiros. Mihi certe in omni uita nihil uidere circa pompas bellicas obtigit gloriosius. Reliqui captiui partim per municipia distributi sunt, partim apud uictores. Vbi adhuc & signa tenentur, quæ & ipsa ablata fuere ad unū oīa. Rex em̃ cum domesticis tantū paucis admodū rediit, misso, quē secū in præsidijs habebat, ad belli duces exercitu recēti milium quatuor, uti uictoriam sequerentur, maxime uero uti arcem Smolensko recuperarent. Moscus enim mox suorū accepta clade, paucis admodum stipatus, tam præcipiti ad propria cursu festinarat, ut die atqꝫ nocte, ccc. passuum millia superaret. Siue ut nouū repente exercitum scriberet, Siue quod uero esse simili⁹

C creditum

creditum est, ut famā rei male gestæ prauerberet, quo minus fratres rebus nouis moliendis, ansam ante caperent, male tractationis memores, utpote qui seruitutem apud tyrannum fratrem seruire coguntur. Parum enim ad recuperandum exercitum superesse spei fassentur & captiui, populo Moscū asserentes adhuc plurimo abundare, uerum rustico & bellis inepto, cum in hāc expeditionem omnē ferme nobilitatem duxerit. Sic ille qui paulo ante capta dolo superbus arce, Polonis omnibus necem, Lituaniis uero compedes minitatus fuerat, turpissimam coactus inire fugam est, ut se tam neci quā uinculis eriperet. Nam ita certam demens ipse sibi uictoriam spoponderat, Vt postea apud duces belli captos repertæ cum mandatis atque stratagematis epistolæ fuerant, quibus quod facto cuilibet post uictoriam opus esset commiserat, ut scilicet Regem in præsidij positum uno agmine adorirentur. Eo utcumque potiti, in tres sese uias diuiso exercitu diffunderent, Vilnamque direptum festinarēt. Sed nesciebat homo & priuatim & publice piurus Deum uiolatæ sine causa fidei uindicem, aliter longe constitutum ire. Dñi enim immortales ob periurium (ut ait pro Roscio Cicero) hominibus irasci & succensere consueuerūt. Dedit cōdignas perfidiæ suæ poenas. Cum ex nostris ne unus quidem captus sit, uulnerati multi, & ij aduerso corpore omnes. Mortui uix supra quadringentos, & in ijs Barones quatuor elegantissimi, idemque fortissimi iuuenes. Quorum corpora huc relata sunt & tumulata honestissime,

honestissime, duobus sub insula episcopis cum uniuerso clero ad ciuitatis portas progressis. Quorum tamē mors immensa hostium clade piata est. Vt certe fateri necesse sit, hæc sine diuum numine nō euenisse. Cum alioqui Rex ipse re quidem uera Christianissimus sit semperq; fuerit. Assiduus enim pro uictoria supplicationibus, ea deinde parta, gratiarum actionibus templa omnia sonabant. Quin & publice ad deū omnia Princeps refert, maxime cum Tartari qui sub idem tempus iuxta pactum conuentum, adesse maiestati suæ debuissent, fraude se subdlexerint. Iam uero & illud non omiserim, esse apud Moscum ducem, Michaellem Glijskij, uirum animi & corporis dotibus egregie insignem. Is olim non leuibus ex causis Regē Poloniæ fugiens ad Moscum cum suis migrauit, qui & priorum & horum causa motuum fuit. Hunc Rex ad Serenissimi Vngariæ Regis instantiam, in gratiā secreto admiserat, & iam tacito redire parantem, sui quibus nimium fidebat Mosco detulere. qui hominem euestigio uinctum, domum sub custodia remisit, incertum quid de eo uelit statuere. Is si forte transfugisset (ut conuenerat) ad nostros, magnam sibi huius uictoriæ partē uendicare contendisset. nam id circiter kl. Septembris contigerat. præliū uero octaua Septembris ipso die natali Virginis factū est. In summa, Dei oīno munera sūt hæc præcipue, deinde Principis deo gratissimi, cuius fortunā utiq; prælustre nō ex ariolorum nugis, sed ex sūma uitæ sanctimonia, Prudentia, forti-

C ij tudine

tudine, Temperantia atq; Iusticia, metior. In quo il-
 lud pulchrum est, ut si clementiam ipsam uelis effinge-
 re, nullo certe alio neq; ore neq; colore, q̃ huius prin-
 cipis id præstare possis efficacius. Mihi profecto post
 exandatos tot uiarum labores, ex hac uictoria tantū
 accessit letitiæ, ut nihil asperum, siue terra, siue mari tu-
 lisse uidear, siue quia principis huius sim fuerimq; sem-
 per studiosissimus, siue quod hac factum præsentē ui-
 ctoria, ut ire ad Moscum non sit necesse mihi. Quæ
 mea profecto summa est expectatio. Nam præter ui-
 arū cum longitudinē tum difficultatem ualde me ter-
 ret, hominis etiā iurati perfidia. Satis mihi est con-
 fessori esse, superbam Martini palmam non ambio.
 Misi ad illum K. adhuc Augustis famulum cum lite-
 ris pro saluo conductu, scio peruenisse. Sed neq; re-
 sponsum neq; famulum uidi. Audio in amnem conij-
 ci fuisse iussum. Non libenter bibo tam largo cantha-
 ro, sed iocor uerbis, re tamen uera serium est quod scri-
 bo. Scilicet mihi seruabit, si etiam dederit fidem, quā
 neq; Regibus, ac ne deo quidem ipsi seruare solet. I-
 nunc scismatico uitam committe tyranno. Vt te per
 Scythicas sub styga mittat aquas. Nollem in ijs sini-
 strum mihi omen præcinere, qui initio certe inuitus fe-
 ci, ut hanc experirer molestiam. Tolerabilia fuere ha-
 ctenus omnia quāuis aspera, in reliquis quoq; supe-
 randa omnis fortuna ferendo est. Nondum satis in-
 telligo quid firmum de me sit, cum omnis adhuc exer-
 citus arcis recuperationi studeat, eam breui futuram
 speramus.

POLONORVM CVM MOSCOVITIS

speramus, quod nisi & uiarum sub hæc tempora difficultas & anni ratio nostris obstarer, uictorem omnino exercitum in ipsa Moscici dominijs uiscera transferrent, ibidem hibernaturi, qua illorum sententia facile residuo itinere absolueret. Sed durare tamdiu uix poterunt commeatu penuria, præsertim pro iumentis. Habent enim præter suum equitatum prædatitios equos circiter uiginti millia, quos saluare si possent, plurimum uellent. Habere enim dicitur Moscouia eos quos laboribus ferendis admodum idoneos. Res diu extrahi non poterit. Quicquid erit non patiar te nescire. Tuum erit interea literas has nullo constantes ordine boni cōsulere. Vt enim sparsim relata mihi sunt omnia, ita uarie congesta, ut licet uix unius esse corporis uideantur. Mitto nummos argenteos sex Moscos, ex præda ad me missos. Hos tibi cū amicis cōmunes esse uolo. Inuenies in illis inscriptiones Græcas partim, partim Rutenas. Simbolū habent Rutenæ cū græcis literis, deinde par etiam est religio. Sunt utiq; Christiani, sed Scismatici. Tempia habent hic præsertim Vilnæ, auro, argento, & gemmis opulenta, paucis etiam hinc annis ex lapide ædificari cepta, & quidem sumptuose, cum lignea tātum prius habuerint, nō culta admodum. Sunt autem Ruteni (ut illud quoq; auctarium addam) ingenio Lituani promptiore, quo fit ut operibus non mediocriter excellant. Multi ex ijs peculiare proditiōis uitium habent, quod ad principum siue ducum aliquorum domos irrepsit. Quin &

hoc nuper bello, dux quidam Rutenius ab omnibus suis Mosco se dedit, quāvis egregium adulescentē filium in Regis aula reliquisset. Sentiant multi ex ijs secreto (ut creditur) pro Mosco, nulla alia magis q̄ religionis causa. Eam enim per omnia communem habent, transfugerentq; passim multi, nisi exploratam Mosci tyrannidem formidarent. Is enim saeuissimis subditos legibus coercet. Omnia illi nascūtur, omnia crescunt, omnia adducuntur. Si qui sunt, qui uel genere, uel dignitate magni sunt, in illius nihilominus manu sunt, neq; diutius diuites, q̄ ipse uelit. Commercia eorum terra mariq; plurima. Aurum, Argentum pro pellibus inferre soliti mercatores, nihil aliud referunt. Ea omnia principi accedunt. Hinc opes istae tantae, quātas neminem unum in Europa principem habere fama est. Populo miris artificijs insigni potens. Italos habet domesticos multos, & honeste & utiliter. Ceterum suas circa fidem partes coactos sequi. Hac ab ijs qui istic uersati sunt, didici. Si quando (quod maxime deprecor) eo iero redieroq; quod precor, uel per literas uel coram de omnibus affatim. Interea autem adhuc & hinc erit quod scribam. Restat enim nonnihil militibus nostris circa arcis recuperationem, quod negotium extrahi diu non poterit. Si enim deditionem facere obfessi noluerint, aliud nostri pro rei & temporis qualitate consilium sunt apprehensuri. Sunt enim adhuc in exercitu praefecti & tribuni militum omnes ueterani, qui uel sub manu captare consilium nō ignorant,

rant, ante omnis autem Illustriss. Dux Constantinus inter nostri temporis imperatores in re bellica facile princeps. Qui signis collatis ter & trigesies dimicando uictor fuit. Idem iunior tamen apud Moscum septennio manicis pedicisq; constrictus fuerat, bello captus. Vir est domi Numa religiosior, foris Romulo non inferior. Quo duce & hoc bellum gestum est. In quo nihil esse uno omnes ore aiunt, quod probari nequeat, nisi quia Rutenus idemq; Scismaticus sit, ita a parentibus errore quasi per manus accepto. Neq; enim parum refert, quam quisq; a maioribus religionem acceperit. Cæterum ita maiorum suorum traditiones omnes sancte obseruat, ut ne latum quidē ab ijs unguem recedat, qui si ad .S. matris Ecclesiæ obedientiam reduci posset, innumeris dubio procul ad idem agendū præluceret. Tanti est apud suos momenti, Principi autē ob eximias uirtutes facile charissimus. Sed de ijs tandem plus satis. ueniam tamen mihi dederis ut spero non grauatim culpam ingenue fasso, qui non epistolam, sed libellum ex bello fecisse me haud quaquam negauerim, leges aliquando non pauciora ijs, de itinere mei ratione, quod utinam non tentassem. Parum a septentrionali disto oceano, & longius adhuc progredi cogor. Iam hic september initium est brumæ. Quæ tam sæua solet ingruere, ut multis sine naso contingat esse. Noctes estate breuissimæ, hyeme diei parum. Sub diuo Iulio Pontifice laudatissimæ memoria,

memoriae, minus mense annum Roma ad duos missus Reges abfui, non paruo certe labore. Sed nihil ad hæc, quæ hætenus mihi æquali temporis, sed diuerso laborum calculo incidere, & tamen difficiliora adhuc restant. Leuius fit patientia, quicquid corrigere est nefas. Mihi certe satis erit Pontificis Legatiq; expectationi respondere. Quod ut facere grate ualeam, pro sanctitatis suæ ac sedis Apostolicæ nominæ, gloria, amplitudine, ne glaciale quidem (uel sub bruma) sum reformidaturus oceanum. Sed iam Vale, & uolumen hoc boni cōsule. Ad neminem enim diffusius scripsi. Cum sciam mea tibi omnia, utpote mei semp amantissimo, nō displicere. Ego ualeo & principis munificentia bene habeo. Vilnæ. XXVI. Septembris. An. D. M. XIII.

FINIS.

AD LECTOREM IOVIVS

Hic Martis strepitus, Armatorumq; Phalanges,
Fulminat hic sumpta casside fortis eques.
Hic ferit, ille fremit, furit ille, hic stringitur aspro
Vulnere, lethæas hic petit ultus aquas.
Sciret an hæc quisq; nobis cōmunia si non
Henricus dulci traderet eloquio?

HENRI

CVS PENIA AD REVEREN
DISS. CARD. DE SAVLIS,
DE GESTIS SOPHI
CONTRA TVR
CAS.

Reverendissime in Christo pater & domine.
D. obseruandissime post humill. cōm. Co-
gitanti mihi mortalib⁹ recepti beneficij sem-
per ingratitudinē comitem esse, si qua parte possunt,
accepti cōmodi memores se non ostenderint, has ad-
cels. V. rerum nouarum plenas scribere decreui. Præ-
sertim cum & antehac sepius per literas & fecerim, &
idem me facturum, quoties aliquid scitu dignum con-
tingeret, pollicitus sim, gratumq; fuisse cognouerim.
Ingrati profecto animi atq; impudentis esset, uestre
R. D. meritorū erga me obliuisci, & quod semel pro-

D